

Adnexus decreto diei 30 martii 2020 (Prot. N. 155/20)

FERIÆ VI IN PASSIONE DOMINI

Oratio universalis

IX b. Pro tribulatis in tempore contagii

Orémus et pro ómnibus qui præsénti morbo in pressúra pósiti inveniúntur, ut Deus et Dóminus noster infírmis sanitátem reddat, vires concédat eis qui ægrótos curant, famílias doléntes consolétur, vita functis plenitúdinem redemptiónis præstet.

Oratio in silentio. Deinde sacerdos:

Omnípotens sempitérne Deus,
humánæ infirmítatis singuláre præsídium,
rèspice benígnus languóres ómnia filiórum tuórum,
qui hodiérnis tempestátibus dolóre premúntur,
et grátia tua: álleva ægrotórum passiónes,
vires concéde eis qui infírmos curant,
ætérnam réquiem dona mórtuis,
et per totum huius tribulatiónis spátium
præsta, quæsumus, ut omnes consolatióne
in misericórdia tua inveníre váleant.
Per Christum Dóminum nostrum.

R/. Amen.